Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26122
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et inde exponens eius omnem sententiam. Introducit etiam ipse sui
sensum. Dicebam autem inquit ad eum. Unde tamen ostendimus unum principium
rationem. aut quomodo hec asseranti edissere. Tum ille prophetias quidem aie
bat semetipsas coarguunt. quia nichil omnino continent ueritatis.
ex eo quod inter se inuicem discordant. et utique false sunt. que semetip
sis aduersantur. Quomodo autem sit unum principium. se quidem scire denegabat.
ita tamen sibi uideri. Cumque adiuraretur a me. ut quod uerum esset diceret. sacramento
confirmauit se nescire. quomodo unus sit ingenitus deus. sed tantummodo cre
dere. Tum ego derisum plane eum et notatum habui. quia se doctorem profite
retur eorum ~~quia se doctorem profiteretur eorum~~ que se ignorare fateretur. In eodem quoque
opere refert calistion quendam in urbe roma discipulis extitisse tacia
ni. qui scripsit compositum esse a taciano propositionum uel questionum librum.
in quo omnia que obscura sunt. et difficilia in scripturis diuinis
absoluat. Sed idem rodo in commentariis suis propositiones eius ex
platurum se et confutaturum promittit. Est autem eiusdem et in exameron
commentarium. in quo refert quod appelles quam plurima aduersum
legem mosei conscripserit impia. et aduersum totam legem blasphemas
protulerit uoces. coarguens ut sibi uidetur. et destruens ea que scripta sunt.

Cap. xiiii.

xiiii Hec et multa alia ex superdictis
scriptoris comperimus libris. Cum tamen hostis humani generis
ad salutem hominum debellandam nichil usquam ocii gerit. sed
diuersas et uarias hereses per singula queque suscitat loca. in quibus maxi
mum sui generis serpentem apud asyam frigiamque producit mon
tanum qui se paraclytum nominaret. et cum eo mulieres priscam et
maximillam. que se prophetissas uelut ex ipsius factas inspiratione iac
tabant.

Cap. xv.